Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOHAN

sepatum in noluum in unū loc
Iunt ergo introiuit & ille alius
discipulus qui uenerat primus
ad monumētum & uidit & credi
dit. Nondum eñ sciebant scrip
turam. quia oportuit eum a mor
tuis resurgere Abierunt ergo ad
semet ipōs discipuli. Maria aūt
stabat ad monumētum foris plo
rans. Dum ergo fleret inclina
uit se. et prospexit in monumē
tum. et uidit duos angelos in albis
sedentes unū ad caput. et unum
ad pedes ubi positum fuerat cor
ihesu. Dicunt ei mulier. quid
ploras. Dicit eis. Quia tulerūt
dominum meum et nescio ubi po
suerunt eum. Hec cum dixisset
conuersa est retrorsum et uidit
ihesum stantem et nō sciebat q
ihesus est. Dicit ei ihesus. Mulier quid ploras. Quem queris.
Illa uero existimans quia ortola
nus esset dicit ei. Domine si tu
sustulisti eum dicito mihi ubi po
suisti eum et ego eum tollam. Di
cit ei ihesus. Maria. Conuersa illa
dicit ei. Rabboni. Quod dicitur
magister. Dicit ei ihesus. Noli
me tangere. Nondum enī ascen
di ad patrem meum. Vade autē
ad fratres meos & dic eis. Ascēdo
ad patrem meum & patrē uestrū
deum meum & deum vēm. Venit
ergo maria magdalene discipulis
quia uidi dominum. et hec dixit
mihi. Cum ergo esset sero die
illa una sabbatorum & fores eēnt
clause ubi erant discipuli congre
gati propter metum iudeorum ue
nit ihesus et stetit in medio eorū
discipulorum suorum & dixit eis
Pax uobis. Et cum hoc dixisset os
tendit eis manus & latus. Gauisi
sunt ergo discipuli uiso domino. di
xit ergo eis iterum. Pax uobis. Si
cut misit me pater et ego mitto
uos. Hec cum dixisset. insufflauit
et dixit eis. Accipite spiritum scīm.
Quorum remiseritis peccata remitti
tur eis & quorum retinueritis reten
ta sunt. Thomas aūt unus ex duo
decim qui dicitur didi
mus nō erat cum eis quando uenit
ihesus. Dixerunt ergo ei alii disci
puli. Vidimus dominū. Ille autem
dixit eis. Nisi uidero in manibus ei
fixuram clauorum & mittam digitū
meum in locū clauorum & mittam
manum meam in latus eius non
credam. Et post dies octo iterum
erant discipuli eius intus & thomas
cum eis. Venit ihesus ianuis clau
sis. et stetit in medio & dixit. Pax
uobis. Deinde dicit thome. Infer
digitum tuum huc & uide manus
meas & affer manum tuam & mitte
in latus meum et noli esse incredidu
lus sed fidelis. Respondit thomas
et dixit ei. Dominus meus & deus
meus. Dicit ei ihesus. Quia uidisti
me thoma credidisti. beati qui nō u
derunt et crediderunt. Multa quidē
et alia signa fecit ihesus in conspec
tu discipulorum suorum que nō sunt
scripta in libro hoc. Hec aūt scripta